



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 21.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

filii e argumento contineant, nihil est quod respon-
deamus. Duo errores eius huc pertinet. Nam primus,
enim dicit: Ex mandatis veteris Legis, est etiam illud: Non
concupiscis. Ergo etiam qui soluit mandatum concupiscentie
inordinatis motibus subit, vel deliberatis, minimus erit in re-
gno cœlorum: Ille, inquam, iam supra refutatus est.

Alter error de legibus nouis à Christo non latis, à
Vorstio, aliisque refutatur & alterius disceptationis est.

Ad 4. Quis sit gradus, non intelligit. Species homi-
dii non sunt gradus, absit, gradus enim sunt quibus
eo peruenitur, suggestio, motus primus, deliberatio,
ita, indignatio verbo expressa, contumelia, nutans vo-
luntatis in eadem acclinatio, plena consensus, occa-
sionis cura, cædes. Itaque tota ratiocinatio quam im-
peritia fecit, d scissa est.

Verum in illa expositione, vt solidissima persisto.
Agi de illis qui ita mandatum minimum soluant, vt
soluendum esse doceant. Qui enim ociosum verbum
dixerit: non ille ideo aeternum damnabitur, sed si
quis ociosum verbum ita dixerit, vt peccatum esse
neget: ille enim hæreticus est. Atque hoc est, quod
Nazianz. dixit, & inquit ἐν βίῳ τὸ κατὰ μὲν.

§. 3. Aliam solutionem ex Caluini commenta-
tio deducere haud difficulter possumus. [Potro mi-
nima legis mandata vocat ex sensu hominum: nam
et si non idem omnibus inest pondus, sed, dum inter
se conferuntur, alia aliis minora sunt: nihil tamen
minutum censere fas est, de quo præcipere dignatus
est cælestis Legislator. quantum enim sacrilegium
est quicquam contemptum accipere, quod ex fa-
cto eius ore prodierit? Nam hoc modo in ordi-
nem cogitur eius Maiestas: quare vbi minuta præ-
cepta vocat Christus, species est concessionis.]

Sine dubio sacrilegium est, contemptum accipere,
quod ex facto Dei ore prodierit. At vero non con-
temnimus ea mandata, quorum violatione mini-
ma peccata patrari dicimus; sed mortalia, & sempi-
ternorum ignium rea negamus. Itaque si sensus est.
Qui soluerit, id est, contemptum acceperit minima
Dei mandata, minimus erit in regno cœlorum, non
erit inter nos pugna. Si quis enim exigua se culpa a-
stringi existimet, ociose loquendo, aut immoderate
ridendo, in Dei æterni contemptum, iam morta-
le crimen est, non actionum ipsarum turpitudò,
sed impietas, qua Numen spernitur. Imo adia-
phora, si quis ad Dei contemptum referat, vt studia
litterarum, ambulationem, cantum, mortalis deli-
cti reus est. Quod si igitur quispiam ista duelle-
te conetur, non tamen inde confecerit, soluere
minima mandata crimen esse, sed cum superbo
& profano Dei contemptu soluere, id demum esse
damnabile.

VERSUS 21.

*Dico enim vobis, nisi abundauerit
iustitia vestra, plusquam Scriba-
rum, & Phariseorum, non intra-
bitis in regnum cœlorum.*

QVÆSTIO I.

Quæ sit iustitia Phariseorum?

§. 1. **V**eram iustitiam non fuisse Phariseorum o-
stendit de regno cœlorum exclusio. Quis-
quis enim vere iustus est, in regnum cœlorum ad-
mittitur.

Itaque non indicat eiusdem generis esse iustitias
Apostolorum, & Phariseorum, gradu distinctas;
Adami Conz. in Euang. Tom. I.

sed omnino diuersas, Analogiâ quadam similes, v-
ti sunt res veræ, & vmbaticæ. Atque ita accipiendum
ἐκείνους οὐκ ἔστιν; dicitur enim de eo quod redundat, &
superest, Ecclesiast. c. 3. ἡ ἐκείνους οὐκ ἔστιν ὁ ἀνθρώπος ὁ
ἐκείνους, quid amplius habet homo præ iumento?
Περισσότερος est egregius, excellens. ὁ δὲ ὅν ἐκείνους, qui
præstat aliis, quod idem indicat Syrum ܬܝܬܝܬܐ Thithar, ab Hebræo ܬܝܬܝܬܐ Iethet.

§. 2. Considerat Pareus argumentationem, &
concludit priore versu de doctrinâ & operibus agi
disiunctim; nempe hanc partem eo pertinere, vt o-
stendar, si quis minimam legem violat, minimum esse
vocandum in regno cœlorum. de violatione igitur a-
gitur non de doctrinâ.

Verum res ipsa clamat aliud. Dixerat, eum qui v-
iustitia num ex minimis violauerit, & sic docuerit, mini-
mum vocandum in regno cœlorum. Hinc deducit rum cœlo
Phariseos non intraturos, quoniam soluere mini-
excludi-
ma, & sic homines docerent: ac consequenter nec tur.
iplos Apostolos intraturos, nisi eorum iustitia esset
præstantior iustitiâ Phariseorum. Quæ iustitia erat
operum externorum, non animi; deinde docebat
quædam impia, vt non honorandos parentes, deci-
mandam mentam & anetum, & relinquenda grauior-
ra legis. Verum ex his etiam contra Pareum docent
eius collegæ, de doctrinâ, non modo operibus Phari-
sæorum Christum loqui.

[Nempe Aretius comment. in cap. 5. Matth. v. cæ-
trumque coniungit. Censuram Christi iam audi: cæ-
duas habes iustitiæ species & duplicia mandata, di-
uersum & nouum, imo inauditum Christi iudicium cæ-
est. Magna magnis debentur, Phariseorum iustitia cæ-
non habebit magnam compensationem, imo nullam cæ-
habet: ergo magna non est ista iustitia, & quia nullam cæ-
habet laudem, sed comminationem pœnarum, vera cæ-
non est, iacet ergo opinio magnæ iustitiæ, & eo cau-
fatur iudicium ipsorum de magnis mandatis, & par-
uis, conuincuntur mali Doctores, ex malis opera-
toribus: mali vero operadores ex destitutione præ-
mii. Quæ igitur parua docuerunt esse, illa reuera cæ-
magna sunt, & quæ magna prædicarunt, illa reuera cæ-
parua sunt; Imo etiam pugnantia cum mente legis-
latoris.]

Imo ipse Caluinus iam ante Pareum confutatur.
Verba eius hunc in locum ita habent. [Perstringit Pha-
riseos, inquit, qui maculam Euangelii doctrinæ asper-
gere moliebantur, quasi esset legis dissipatio. Hac de
re quidem non disputat, sed tantum breuiter osten-
dit, nihil minus in eorum animis regnare quam legis
zelum. ac si dixisset, mihi se infestos esse simulant,
quia nolint violari legem: atqui ex eorum vita ap-
paret quam frigide legem colant: imo quam secure
illudant Deo, dum se laruat ac fictitia iustitia apud
homines venditant. Sic plerique interpretes. Sed vi-
de annon vitiosum docendi genus magis insimulet, cæ-
quo populum imbuerant Pharisei & Scribæ. Nam cæ-
cum legem Dei restringerent tantum ad externa of-
ficia, discipulos suos, quasi Simias, ad hypocritin for-
mabant. Non inficior æque perperam, imo deterius
vixisse quam docebant. Ideo libenter fucosam fal-
sæ iustitiæ ostentationem cum peruersâ doctrinâ cæ-
complector. Quod tamen præcipue in hanc inue-
hatur Christus, ex sequentibus facile patet, vbile-
gem repurgans à prauis eorum commentis, suæ pu-
ritati restituit, in summa, quod illi à scribis inique ob-
iectum fuisse diximus, in ipsos valide retorquet. Vi-
dete, inquit, quam dextri sint ac idonei legis inter-
pretes: Iustitiam enim fabricant, quæ ianuam cælo-
rum præcludat suis cultoribus.]

§. 2. His ex verbis solide demonstrat Bellarminus
I. 3. de iustit. c. 12. Neminem sine speciali reuelatio-
ne de

Salus ex
operibus
dependet.

ne de prædestinatione certum est. Nam cum dicitur: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum, ostendit pendere salutem à conditione operum. At concedunt aduersarii non esse ullam certitudinem, si pendeat salus à conditione operum: non igitur certa est. Non agit vero hic de sola iustitia imputatiua; Sed illa quæ criminibus sit opposita, & ut ait Wolf. Musculus, quæ sit cuique propria. Sine iustitia vero, & operibus bonis neminem induci in regnum celorum docet ex hisce verbis S. Augustinus, de fide & operibus c. 26.

Non potest
esse certi-
tudo salu-
tis, ubi in-
certa est
iustitia.

de ciuitate Dei l. 2. c. 9. contra Faustum l. 17. c. 5. Contra literas Petiliani l. 2. c. 61. Ex quo omnino certissime constat, opera ad salutem requiri, nec esse maiorem salutis, quam operum certitudinem.

Huius argumenti respondet Pareus varie lectione 282. anno 1614.

Non confi-
denter, sed
fidenter
Spiritus Sancti
virtute posse ac
debere esse certissimos salutis æ-
ternæ, quantumvis hæc certitudo infirmitatibus carnis sepe
Caluinia-
nus.

1. Caluiniam Bellarmini esse, cum dicit, Caluinistas confidenter affirmare, se de salute, & vita æterna esse certissimos. Neque enim Confidenter affirmamus, nos esse certissimos (quo modo nos omni tentationum & dubitationum alia exemptos præsumemus,) sed fidenter affirmamus, nos & quosvis fideles, ex fide promissionis gratia, diuinâ Spiritus Sancti virtute posse ac debere esse certissimos salutis æternæ, quantumvis hæc certitudo infirmitatibus carnis sepe perturbata vacillet.

Certitudo
in dubita-
re non est.

Verum nescio, quomodo fidenter affirmant, & non confidenter, nec enim hic aliam significationem inuenio: neque enim Bellarminus ait eos esse confidentes, ut non tententur. Bellarminus ex Caluino didicerat, præsertim l. 2. c. 2. §. 24. Non debere nos dubitare, non posse alternare spem, & metum non esse fiduciam, quæ desperationi cedit. Facetur tamen fidei interruptiones fieri. Mihi hic quætere fas est. An tum cum dubitationi, timori, interruptioni fiduciae certissima certitudo cedit, adhuc maneat certitudo in dubitante? Nam de desperante non loquor, cum satis superque dubitatione fiducia frangatur. Deinde docet Pareus ad Rom. pag. 691. b. 1009. B. & alibi, *ἐμπειρὴ* Papisticam esse desperationis officinam, & barathrum inferni. Esse argumentum Antichristi. pag. 744. a. & esse vestibulum inferni, cum fide non posse consistere. pag. 1073. Si igitur in Caluinistis non est vlla *ἐμπειρὴ*, hoc est, animi hæsitatio, quæ assensum continet, quo vacillat, & ut inquit Caluinus fides interruptitur, summa est confidentia. Ista quidem eorum dicta non coherant; verumtamen vere Bellarminus Caluinianos confidenter affirmare; se esse certissimos, cum non modo dubitationem, sed *ἐμπειρὴν* excludant, dicantque esse inferni barathrum?

Dubitans
Pareus est
in barathro in-
ferni.

§. 4. Negat tandem Pareus: Prædestinationem pendere à conditione operum, itemque salutem; quod prædestinatio non sit facta propter opera, & salus non detur propter opera.

Christus
salutem
aut pendere
à iustitia.

Verum ad hunc locum nihil ille, nisi hoc: Christus non suspendit regnum celorum à conditione operum sed Phariseorum hypocriticam iustitiam damnat, discipulo meliorem in Euangelio reuelatam commendat. Ita falso ille. Nam præter hæc etiam ostendit salutem ab operibus pendere. Nisi iustitia vestra, inquit Christus, superabundauerit, non intrabitis. Non modo illis iustitiam commendat; sed ita commendat, ut dicat æternam vitam pendere à iustitia, quæ abundet plusquam Phariseorum & scribarum. Ne hic quaeritur, an pendeat, aut quomodo pendeat prædestinatio ab operibus. Sed an pendeat certitudo salutis, à certitudine operum? Hoc Bellarminus disputat: hoc Pareus dissimulat. Tantum asserit ordinem viae esse, opera ad coronam, non causam. Coronam non pendere à conditione operum, sed ea ante se prærequirere. At vero hoc Bellarmino vel nimium est. Sic enim vrg. bit. Corona ante se opera prærequirit, sed an

Victoriâ

opera præcedant, non est certum; ergo nec an secutura sit corona? Corona enim pendens ab incerto prærequisito, non est certa. Bona autem opera esse necessaria ad salutem non efficitur dam, sed non impediendam concedit Pareus lectione 283.

§. 5. Tandem ad hunc Syllogismum Bellarmini, quem ipse Pareus format in hunc modum: Qui non potest certo statuere se futurum omnia opera illa, quæ Christus fieri iubet, si sine reuelatione sua certus esse non potest. At nemo potest illud. Igitur nec istud, respondere conatur.

[Negat enim maiorem, tum quia non omnia illa bona opera, quæ Christus fieri iubet, omnibus sunt necessaria; alia siquidem sunt propria aliquorum, alia communia, de quo suo loco, tum quia certitudo salutis & electionis non ab operibus, sed ab operum causa, hoc est, à fide promissionum diuinarum penderet. Jam fides studet quidem omnia præcepta facere; si vero in opere aliquo vel aliquibus deficiat, (in multis quidem labimur omnes) veniam delictorum à Deo promissam petit in Christo, certoque impetrat. Si igitur fides incertitudine salutis ob defectum alicuius vel aliquorum operum non vacillat, vel saltem potest, & debet non vacillare. Atque sic aduersarius ex data hypothese euidenter, non concludit quod ad determinandum.

At vero improbâ responsione argumentum admirabiliter corroborat: Non enim dicit Bellarminus omnibus omnia facienda. Sed vis argumenti est, in his verbis Bellarmini. Cum nemo, ipsi etiam aduersariis testibus certo statuere possit, se futurum illa omnia bona opera, quæ Christus fieri iubet, non posse certum esse de salute. Hic fraudem euulgo: Pareus omisit illa verba ipsi etiam aduersariis testibus. Nam reuera argumentum aduersariorum est, quo probant ex operibus neminem de electione certum esse. Nemo enim scit, an omnia opera facturum sit, quæ Christus fieri iubet ab ipso de cuius certitudine agitur. Hac enim refectione propositio intelligenda est. Stolidum enim erit, si dicam, non posse me certum esse ab operibus de salute, nisi statuere possim, me omnia facturum, quæ Christus fieri à me, aliisque iubet: Quæ enim opera aliis, non mihi Deus imperat ea ad meam mihi salutem non sunt necessaria, nec omissa eam impediunt. Atque ille sensus est Caluiniani dogmatis, non posse nos de operibus esse certos, quæ nobis imperata sunt.

§. 6. Cum vero ipsum conscientia coargueret effugium hoc nullius esse momenti, aliam responsionem adiungit, multo nequiores. Hoc quidem loco, secum, & cum veritate depugnat. Secum quidem: Quia si à fide dependet certitudo, ergo à fide actuali, non habituali, iuxta Pareum. Si à fide actuali, ergo ab opere. Fides enim est opus, ut spes, ut caritas actualis. Est etiam illa opus à Deo præceptum. Itaque redit eadem difficultate argumentum. Qui non potest certo statuere se fidem promissionum semper retenturum, de qua semper bonis operibus studeat, & omnia præcepta facere studeat, si vero labatur, se veniam delictorum à Deo petiturum in Christo, & impetraturum, nec ob operum aliquorum, vel alicuius defectum fidem vacillatam, is non potest certo statuere, se esse electum numero. At nemo potest illud: ergo. Maior est aduersariorum. Nam certitudo salutis & prædestinationis penderet à fide, deinde à fide, quæ est operum causa, à fide qua veniam petimus. Hæc enim omnia completur aduersariis. Minor vero euidenter est. Si enim certitudo penderet à fide operum causa præceptorumque faciendorum studio, in delictis veniam petente: ergo non potest esse certus, nisi certus sit se habere fidem hæc omnia nunc operantem, & semper operaturam. Ergo non potest esse certus de salute, nisi pariter certus sit de operibus. Altera igitur manet, quod altera negat.

Cum

Cum veritate etiam pugnat. Ait enim: Certitudo salutis pender à fide promissionum diuinatum. Ita vero? Quæ sunt illæ promissiones? Astimus, quibus salutem credentibus Deus pollicetur. Quid illa fides? Astimus illi. Certam fiduciam vitæ æternæ. Illa igitur certitudo, quæ se quispiam electum esse statuit, est fides promissionum. Fides ergo promissionum pender à fide promissionum. Vnde admirabiliter eadem res pender à semetipsa. Et Calvinianus de electione certus est, quia certus est. At profecto aliud Christus indicauit, dum comminatur exitum æternum, nisi eorum iustitia sit abundantior, quam scribarum & Phariseorum.

Atque hoc argumentum ex Piscatore Calviniano confirmatur. [Loquitur, inquit, hic Dominus proprie de iustitiâ inherente, quæ consistit in bonis operibus: ut patet cum ex collatione, cum iustitiâ Phariseorum, cum ex sequente declaratione præceptorum Decalogi. Quare non putandum, hic haberi sermonem de iustitiâ imputatâ, quæ consistit in iudicio Dei.]

Et deinde in obseruatione; [Etsi nemo per iustitiam inherenter siue per bona opera mereri potest vitam æternam: tamen illam nemo consequetur, nisi qui vero illius iustitiæ, & quidem veræ, studio fuerit præditus. Vera autem iustitiâ inherens est, quæ conformis est Legi Deitæ intellectæ, ac proinde quæ non est contenta operibus externis, sed itudet puritatem internam, ut scilicet corpus sit à prauis concupiscentiis, & contra imbutum sine cetera dilectione Dei & proximi: sicut colligitur ex declaratione præceptorum decalogi, quam hoc loco Christus tradit.]

Vbi omnia effugia excludit, cum ait: Neminem cõsecutur vitam æternam, nisi veræ iustitiæ studio fuerit præditus. Ex quo consequitur, non posse esse in quopiam certitudinem electionis, nisi in quo certitudo illius studii fuerit, sed cum inter multos, & horribiles lapsus, hoc studium elanguerit, cum omnia futura in incerto sint; non potest quisquam sine reuelatione Dei constituere, se habere semperque habiturum studium seruandorum Dei mandatorum. Quod in altero Calviniano, & latrone dum cupiditate inflammatus agit, intelligi non potest, nec dum esse.

Claudam insigni sententia D. Augustini, qui iustitiam Phariseorum à nostra magno intervallo distendit. lib. de fide & operibus c. 26. Qui enim dixit: nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitiâ vestra super scribarum & Phariseorum, non intrabitis regnum cælorum. De illis quippe ait: Scribæ & Pharisei super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Ergo iustitiâ eorum est dicere, & non facere, non facere: ac per hoc nostram esse voluit abundantem super non facere, illorum, dicere & facere.

Quin & in eundem sensum Bullingerus, nondum omnes nequitias sinus atque edoctus. [Simul autem per fidem datur nobis Spiritus Christi quo regeneramur. Regenerati vero operantur opera filiorum Dei, ambulantes in caritate, quæ Legis est perfectio: non iam foris & externe simulantes religionem, nam quæ faciunt, ex animo faciunt, & sciunt Deum ipsum cor, spiritum, & intima hominis requirere. Ergo ex animo Deo seruiunt. Et talis quid est iustitiâ Christianorum.]

Quid vero alia querimus, ipse nostra interpretationis litem diuidit Augustinus I. de Baptismo cap. 21. contra Donatistas. Sicut autem bono catechumeno baptisimus desit ad capeendum regnum cælorum sic male baptizato verò conversio. Qui enim dixit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitiâ vestra plus quam scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Namque, ne secus esset iustitiâ catechumeni, dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex a-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

qua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum. Rursum ne perceptio baptismo secus esset iniquitas baptizatorum, dictum est, Nisi abundauerit iustitiâ vestra plus quam scribæ, & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Alterum sine altero parum est, vtrumque, perficit illius positioni heredem. Sine iustitiâ ergo non est salus, multo minus certitudo salutis.

VERSVS 22.23.

Audistis, quia dictum est antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis; quia qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

QUESTIO I.

Quam ira hoc loco prohibeatur?

§. 1. IN Græcis plerisque est: qui irascitur temere irascitur, sine causa. quod etiam Syrus interprete mere, tenuit; nempe *ἡ ἡσυχία*, apud Chrysostomum legitur, & Augustinum in Sermon. de hisce verbis. Hieronymus tamen negat in melioribus libris haberi. Atque ita S. Augustinus I. I. retract. c. 19. Illud etiam melius intelleximus postea, quod scriptum est, Qui irascitur fratri suo. Con- dices enim Græci non habent sine causa, sicut hic positum est: quamuis idem ipse sensus. Illud enim diximus intuentum, quid sit irasci fratri suo, quoniam non fratri irascitur qui peccato fratri irascitur. Qui ergo fratri, non peccato irascitur sine causa irascitur.

Negat ergo in Græcorum libris haberi, vti & Hieronymus. De sensu tamen conueniunt. Itaque probandi non sunt nouatores, qui suis libris allinunt, ut Chytræus, Beza, Piscator alii. Neque enim vetustiora, neque meliora exempla habuerunt, quam Hieronymus, & Augustinus. Facile autem ex glossa marginali in textum irreperere potuit.

§. 2. Non tollitur omnis ira, sed ut ait D. Chrysostomus, intempestiva. Neque enim ira, aut aliæ passionnes, ut stoici docent, malæ sunt. Est ut cedium, ita & ira quædam perfecta, Psal. 138. Perfecto odio oderam eos. Deo ira sæpe tribuitur, & Christus circumspexit iratus. Itaque ira illa qua Dei zelo, & iustitiæ causa irascimur, quæque vitia non homines odimus, non prohibetur. Sed cupiditas iniqua vindictæ, alienatioque à persona: *ira venialis*.

§. 3. Duplex autem ira potest hoc loco intelligi, le peccatū Venialis & mortalis. Multi mortalem interpretantur. & aliquā Multi Venialem, idque auctore S. Chrysostomo, de mortali Hanc interpretationem Bellarminus sequi ut I. de amissione gratiæ & statu peccati. Quod attinet ad primū, Triplex in Matthæi quinto sic legimus: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui dixerit raca, reus erit concilio; qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Hoc loco non respicit Dominus prædestinationem, neque discitur, quid possit, aut velit diuina misericordia; Sed res ipsas diiudicat, & peccatorum mensuram. Facit autem tres gradus iracundia, primum eius, quæ in leui est, ut in vocem nullam erumpat: Alterum eius, quæ paulo grauior est, non tamen peruenit usque ad apertum conuiuium: Tertium eius, quæ grauior est, & manifestum conuiuium patit. Quamuis enim possit interdum iracundia interior esse grauior, & tamen dissimulari exterior: nihilominus ordinariæ, quo est maior, eo se magis prædit, & ideo Dominus leuissimam iracundiam vocat eam, quæ non manifestatur vilo signo exteriori.

Huic interpretationi se Pareus opposuit le. 28. Concedit veniale non dicere respectu prædestinationis, sed relatione ad misericordiam Dei, ad Bellarmini verba sic respondet:

[Nec relatione ad misericordiam Dei: Hoc blasphemum est, quia tollit misericordiam Dei, ab eo quæ-